Vas est ipsa temperatura animę ex compositione orta: animalia, dæmones qui circa terram oberrant. In nostra itaque vita affectibus plena eiusmodi animalia sedem suam collocabunt. Dæmonū enim essentia affectibus complicata est, in ijsdemq; sedem suam fixam habent & ordinem materialem. Ideo quicunque affectibus dediti sunt, dæmonibus cohærent & agglutinantur. simile enim simili attrahunt, mouendi vim atque facultatem ex ipsis affectibus consecuti.

Si extenderis igneam mentem ad pietatis opus,
Etiam fluidum corpus seruabis.

Id est, si mentem tuam illuminatam ad superiora extuleris, & diuini ignis opus ad pietatis opera euexeris (sunt autē Chaldæis pietatis opera, rituum ac ceremoniarū rationes certæ) non solum animam affectibus insuperabilem reddes, sed etiam corpus tuum salubrius efficies. Est enim & hoc sæpissime opus

ἢ ἀμείλικτος τοῖς ἀναξίως προσερχομένοις δύναμις. καὶ τούτοις μὲν κέκλεισται διὰ τὴν ἀνεπιτηδειότητα· τοῖς δὲ εὐσεβέσιν ἀνέωγεν. εἰς ὃν ἀνατείνονται πᾶσαι αἱ θεουργικαὶ ἀρεταί.

Σὸν ἀγγεῖον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσιν.

Αγγεῖον μὲν ἐστὶ, τὸ σύνθετον κρᾶμα τῆς ψυχῆς· θῆρες δὲ χθονὸς, οἱ περὶ γῆν καλινδούμενοι δαίμονες. τὴν οὖν ζωὴν ἡμῶν πλήρη γενομένην παθῶν, οἱ τοιοῦτοι θῆρες οἰκήσουσι. καὶ γὰρ οὐσίωται ἐν τοῖς πάθεσι τὰ τοιαῦτα γένη, καὶ τὴν ἕδραν ἔχει καὶ τὴν τάξιν ὑλικήν. διὸ καὶ οἱ ἐμπαθεῖς πρὸς ταῦσα σύγκολλῶνται, ᾧ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἐφηκόμενοι, κινητικὴν δύναμιν ἔχοντες ἐκ τῶν παθῶν.

Εκτείνας πύρινον νοῦν
Εργον ἐπ' εὐσεβίης, ῥευστὸν καὶ σῶμα σαώσεις.

Τουτέστιν, ἐὰν ἐκτείνῃς τὸν φωτισθέντα σοι νοῦν ἄνωθεν, καὶ τοῦ θείου πυρὸς ἔργον γενόμενον, εἰς τὰ τῆς εὐσεβείας ἔργα· (ἔργα δὲ εὐσεβείας παρὰ Χαλδαίοις, αἱ τῶν τελετῶν μέθοδοι) οὐ μόνον τὴν ψυχὴν ἀναλλώτον ποιήσεις τοῖς πάθεσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμά σου ὑγιεινότερον. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο πολλάκις

ἔργον τῶν θείων ἐλλάμψεων, ἐκδαπαναῖν τὴν ὕλην τοῦ σώματος, καὶ ὑγιᾶ τὴν φύσιν κατασκευάζειν, καὶ μήτε πάθεσιν, μήτε νόσοις ἀγίσκεσθαι.

Ἐκ δ' ἄρα κόλπων γαίης θρώσκουσι κύνες χθόνιοι,
Οὐτ' ἀληθὲς σῆμα βροτῷ δεικνύντες.

Περὶ δαιμόνων ἐνύλων ὁ λόγος· καὶ κύνας μὲν τούτους καλεῖ, ὡς τιμωροὺς τῶν ψυχῶν· χθονίους δὲ, ὡς ἐξ οὐρανοῦ πεπτωκότας, καὶ καλινδουμένους περὶ τὴν γῆν. οὗτοι γοῦν, φησὶ, πόῤῥω τῆς θείας τεταγμένοι ζωῆς, καὶ τῆς νοερᾶς θεωρίας ἀπολιμπανόμενοι, προσημαίνειν τὸ μέλλον οὐ δύνανται. ὅθεν πᾶν ὃ λέγουσι ἢ δεικνύουσι, ψευδές ἐστι καὶ ἀνυπόστατον· μορφωτικῶς γὰρ τὰ ὄντα γινώσκουσι. τὸ δὲ τῶν μελλόντων ἐνιαίως γνωστικὸν, ἀμερίστοις χρῆται καὶ ἀμορφώτοις νοήσεσιν.

Πάντα γὰρ ἐξετέλεσε πατὴρ, καὶ νῷ παρέδωκε
Δευτέρῳ· ὃν πρῶτον κληΐζεται πᾶν γένος ἀνδρῶν.

Τὴν πᾶσαν κτίσιν δημιουργήσας ὁ τῆς τριάδος πρῶτος πατὴρ, παρέδωκε ταύτην ᾧ νῷ· ὃν τινα νοῦν τὸ ξύμπαν γένος τῶν ἀνδρῶν, ἀγνοοῦντες τὴν πατρικὴν ὑπεροχὴν,

opus diuinarũ illustrationum, corporis nempe materiam absumere, & naturæ eum sanitatis habitum acquirere, vt posthac nec affectibus nec morbis vllis corripiatur.

At vero e finibus terræ exiliunt canes terrestres,
Non verum signum homini monstrãtes.

Sermo est de dæmonibus materialibus: & hos canes nominat, quia animarum carnifices sunt: terrestres vero, quia e cælo ceciderunt, & circa terram volutantur. Hi (ait) a diuinæ vitæ beatitudine longissime positi, & intellectuali contemplatione destituti, futura portendere nequeunt. vnde fit vt omnia quæ dicunt aut monstrant, falsa sint & nulla certitudine suffulta. per formas enim entia cognoscunt. at id quod facultate sigillatim &, vt ita dicam, indiuidualiter futura cognoscendi præditum est, indiuiduis & formarum expertibus intelligentijs vtitur.

Oĩa enim perfecit pater, & mẽti tradidit
Secundæ: quam primam vocat omne genus hominum.

Primus trinitatis pater cum vniuersam creaturam condidisset, eam menti tradidit: quã mentẽ totum genus humanũ, paternæ excellentiæ ignarum,

deum primum appellauit. At nostra doctrina contrariũ tenet: quod ipsa prima mens, filius inquam magni patris, omnem creaturam condiderit atque operãdo perfecerit. pater enim in Mosaicis scriptis filio indicat formã siue ideam productionis creaturarum: filius vero ipsusmet operator & conditor est operis creati.

Pœnæ vincula sunt homines cõstringẽtia.

Nã subuectores angeli animas a prima sui origine attractas ad se euehunt: contra pœnæ vltrices nimirum naturarum nobis concessarũ, & tormenta humanarũ animarũ, materialibus illas affectibus irretiunt & quasi strangulant. nec solum in hos sæuiunt qui affectuum turbis obsessi sunt, sed & in illos qui ad abstractam ab omni materia essentiam conuersi sunt: quod hi quoq; quoniã progeniti sunt & materiæ copulati, eiusmodi lustratione indigeãt. multos enim etiam ex ijs qui sanctam & illibatam vitam egerunt, inopinis calamitatibus circumuentos fuisse videre licet.

Signa inseuit animabus mens paterna.

Quemadmodum liber Moysis hominẽ ad imaginem dei formatũ fuisse dicit, ita etiam Chaldæus ait conditorem & mundi parentem signa ac notas suæ ipsius proprietatis animabus inseuisse. Etenim

non

χὼ, θεὸν πρῶτον καλοῦσι· πλὴν τὸ παρ' ἡμῖν δόγμα ἐναντίως ἔχει, ὡς αὐτὸς ὁ πρῶτος νοῦς, ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου πατρὸς, τὴν κτίσιν πᾶσαν ἐδημιούργησεν. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ λέγει πρὸς τῇ Μωσαϊκῇ βίβλῳ πρὸς τὸν υἱὸν τὴν ἰδέαν τῆς προσαγωγῆς τῶν κτισμάτων· ὁ δὲ υἱὸς, ἀδημιουργὸς τοῦ ποιήματος γίνεται.

Ποιναὶ μερόπων ἀγκλειραι.

Οἱ μὲν γὰρ ἀναγωγοὶ ἄγγελοι ἀνάγουσι τὰς ψυχὰς ἐφ' ἑαυτοὺς ἐκ τῆς γενέσεως ἐφιχόμενοι· αἱ δὲ ποιναὶ, ἤτοι αἱ τιμωρητικαὶ τῶν διδομένων φύσεων καὶ βάσκανοι τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, ἐνδεσμοῦσι ταύτας τοῖς ἡλικοῖς πάθεσι, καὶ οἷς ἀπάγχουσι. καὶ οὐ μόνον τοὺς τῶν παθῶν πλήρεις ἀγκίζονται, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς τὴν ἄυλον οὐσίαν ἐπεγραμμένους· καὶ γὰρ οὗτοι εἰς τὴν ὕλην καὶ τὴν γένεσιν ἐλθόντες, δέονται τῆς τοιαύτης καθάρσεως. πολλοὺς γὰρ ὁρῶμεν καὶ τῶν ὁσίως καὶ καθαρῶς πολιτευομένων, ἀπροσδοκήτοις συμφοραῖς προσπίπτοντες.

Σύμβολα πατρικὸς νοὸς ἔσπειρε ψυχαῖς.

Ὥσπερ ἡ Μωσαϊκὴ βίβλος κατ' εἰκόνα θεοῦ πλάττει τὸν ἄνθρωπον, οὕτω καὶ ὁ Χαλδαῖος τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ κόσμου φησὶ σύμβολα ἐγκατασπεῖραι ταῖς ψυχαῖς τῆς ἑαυτοῦ ἰδιότητος. καὶ γὰρ ἀπὸ

τῶν πατρικῶν σπερμάτων ὄχ αἱ ψυχαὶ μόναι, ἀλλὰ καὶ αἱ ὑποδεχείμεναι πᾶσαι τάξις ἐβλάστησαν. καὶ ἄλλα μὲν τὰ ἐν αὐταῖς ταῖς ἀσωμάτοις ὑπάρξεσι σύνθήματα, ἀσωμάτως ὄντα καὶ ἐνοειδῶς· ἀνάγα δὲ ἐν τοῖς κόσμοις σύνθήματα καὶ σύμβολα εἰσὶν, αἱ ἄρρητοι τοῦ θεοῦ ἰδιότητες, αἱ καὶ τῶν ἀρετῶν ὑποδεχείμεναι.

Βίῃ σῶμα λιπόντων ψυχαὶ καθαρόταται.

Εἰ τὶς ἀγνωμόνως ἀκούοι τοῦ ῥητοῦ, οὐκ ἐναντιώσεται τοῖς ἡμετέροις δόγμασι. καὶ γὰρ οἱ σεφανῖται μάρτυρες βιαίοις αἰῶσι τὸ σῶμα λιπόντες, καθαρὰς τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς τετελέκασιν. ἀλλ' ὁ τοῦτο φησὶν ὁ Χαλδαῖος, ἀλλὰ πολύτα βίαιον θάνατον ἐπαγής· δίδωσι, φησὶν, ἡ ψυχὴ ὀπιπόνως λιποῦσα τὸ σῶμα, βδελύττεται τὸν ἐν τῷ ζῴῳ, καὶ μισεῖ τὸν πρὸς τοῦτο ὀπιστρόφιον, καὶ χαίρουσα πρὸς τὰ ἄνω χωρεῖ. αἱ δὲ ἐν νόσοις κατ' ἔκλειψιν τοῦ ζωτικοῦ σώματος ἀπολιποῦσαι τὸν βίον, οὐ μάλα τι δυσχεραίνουσι τὸν πρὸς τοῦτο νοῦσίν τε καὶ ῥοπήν.

Οπ ψυχὴ πῦρ ὅσα φαεινὸν δυνάμει πατρὸς,
Αθάνατος τ' μόνη, καὶ ζωῆς δεσπότις ὀστ·
Καὶ ἔχει πολλὰ πληρώματα κόλπων.

Η ψυχὴ

non animæ tãtum e paterno ſemine productæ ſunt, ſed omnes etiam ordines ſuperiores ſuam originem inde habuerunt. Sed in ſubſtantijs incorporeis alia ſunt ſigna, incorporea nempe & indiuidua; alia item in mundis ſigna ſunt & ſymbola inenarrabilium Dei proprietatum, ipſis etiam virtutibus longe excellentiorum.

Vi corpus relinquentium animæ ſunt puriſſimæ.

Qui dictum iſtud æqua mente auſcultauerit, reperiet id noſtræ doctrinæ non aduerſari. etenim coronati martyres qui afflictionis tempore cũ cruciatu corpus reliquerunt, ſuas ipſorum animas luſtrarunt & puras reddiderunt. At hoc non vult Chaldæus, ſed laudat omnem mortem violentam, eo quod anima quæ corpus cum dolore deſerit, hanc vitam abominatur & conuerſationem cum corpore odit, contra cum gaudio ad ſuperiora reuolat. At quæ in morbis animæ corpore hoc naturaliter diſſoluto vitam relinquunt, non admodum ægre ferunt nutum & propenſionem ſui erga corpus.

Quia anima ignis eſt lucid' potẽtia patris,
Immortalisq; manet, & vitæ domina eſt,
Et habet multa complementa ſinuum.

Anima cum ſit ignis materiæ corporisque expers, & ab vniuerſo compoſitorum genere & materiali corpore exẽpta, immortalis eſt. nihil enim materiæ aut caliginis particeps illi immixtum eſt: multo minus compoſita eſt, vt in ea ex quibus conſtituta fuit, reſolui poſſit. Eſt præterea vitæ domina, mortuos vitæ radijs illuſtrans. Habet etiam plurimorum ſinuum complementa, id eſt obtinet potentias ſuſceptrices totius adminiſtrationis: quia pro virtutum diuerſitate diuerſas zonas ſiue cœli regiones illi inhabitare licet.

Deus non iniicit metum, ſed obſequium infundit.

Id eſt, diuina natura non fremit, neque indignabunda eſt, ſed ſuauis & tranquilla. Ideo nõ immittit metum ſubiectis naturis, ſed ſuadela & gratia omnia ad ſe trahit. ſi enim formidabilis eſſet & minax, omnis rerum ordo dudum fuiſſet diſſolutus, cum nihil ſit quod eius potentiã ſuſtinere potuiſſet. Atque iſta ſententia quadamtenus a noſtris vera cenſetur. Deus enim lux eſt & ignis cõſumens malos. Minæ autem dei & terror ſunt intermiſſio diuinæ erga nos benignitatis propter prauam rerum *adminiſtrationem.*

Pater ſeipſum rapuit,

Ne quidem

Ἡ ψυχὴ ἄϋλον οὖσα καὶ ἀσώματον πῦρ, τῶν σϋνθέτων ὅλων καὶ τοῦ ὑλικοῦ σώματος ἐξῃρημένον, ἀθάνατος ἐστίν. οὐ γὰρ ἐγκαταμέμικται αὐτῇ ὑλικόν τι καὶ σκοτῶδες· οὐδὲ σύνθετος ἐστὶν, ἵνα διαλυθῇ εἰς τὰ ἐξ ὧν σϋνετέθη. ἔστι δὲ καὶ δεσπότις ζωῆς, τοῖς νεκροῖς ζωὴν ἐπιλάμπουσα. ἔχει δὲ καὶ πολλῶν πληρώματα κόλπων· τουτέστιν ἔχει δυνάμεις ὑποδεκτικὰς τῆς ὕλης διακοσμήσεως. δύναται γὰρ κατὰ τὰς διαφόρους ἀρετὰς εἰς τὰς διαφόρους ζώνας ἐγκατοικεῖν τοῦ οὐρανοῦ.

Πατὴρ οὐ φόβον ἐνθρώσκει, πειθὼ δ' ἐπιχέει.

Τουτέστιν, ὅτι τὸ θεῖον οὐκ ἔστι φριμάσσον καὶ ἀγανακτητικὸν, ἀλλὰ γλυκὺ καὶ γαληνιαῖον· ὅθεν οὐ φόβον ἐμποιεῖ ταῖς ὑποκειμέναις φύσεσιν, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ χάριτι πάντα ἐφέλκεται. Εἰ γὰρ ἦν φοβερὸν καὶ ἀπειλητικὸν, διελύθη ἂν ἡ πᾶσα τάξις τῶν ὄντων, μηδενὸς ὑπομεῖναι δυναμένου τὴν ἐκείνου δύναμιν. τοῦτο δὲ τὸ δόγμα ἐκ μέρους ἀληθεύει παρ' ἡμῖν. ὁ γὰρ θεὸς καὶ φῶς ἐστὶ καὶ πῦρ κατανάλισκον τοὺς μοχθηροὺς. ἀπειλὴ δὲ θεοῦ καὶ φόβος, ἡ δι' οἰκονομίαν ἐπίσχεσις τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοῦ ἀγαθότητος.

Ὁ πατὴρ ἑαυτὸν ἥρπασεν,

Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.

Ο μὲν νοῦς τοῦ λογίου τοιοῦτος, ὡς ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς, ὃς δὲ καὶ πατὴρ ὠνόμασται, ἀκατάληπτον ἑαυτὸν ποιεῖ καὶ ἀπερίληπτον, οὐ μόνον ταῖς πρώταις καὶ δευτέραις φύσεσι καὶ ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ἰδίᾳ δυνάμει. δύναμις δὲ οὗτος πατρὸς ὁ υἱός. ἑαυτὸν γὰρ, φησὶν, ἥρπασε ὁ πατὴρ ἀπὸ πάσης φύσεως. οὐκ ἔστι δὲ τὸ δόγμα ὀρθόδοξον. ἐν τῷ υἱῷ γὰρ παρ' ἡμῖν ὁ πατὴρ δεδογμάτισται, ὥσπερ καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πατρί. καὶ ὅρος τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς καὶ θεῖος λόγος ὑπερφυής.

Εστί τι νοητὸν, ὁ χρή σε νοεῖν νόου ἄνθει.

Η ψυχὴ ἑκάστῳ νοουμένῳ πράγματι κατάλληλον ἔχει καὶ δύναμιν· τοῖς μὲν αἰσθητοῖς, αἴσθησιν· τοῖς δὲ διανοητοῖς, διάνοιαν· τοῖς δὲ νοητοῖς, νοῦν. φησὶν οὖν ὁ Χαλδαῖος, ὅτι εἰ καὶ νοητόν ἐστιν ὁ θεὸς, ἀλλ' οὐ τῷ νῷ ἐστι ληπτὸν, ἀλλὰ τῷ ἄνθει οὗ νοῦ. ἄνθος δὲ τοῦ νοῦ, ἡ ἑνιαία τῆς ψυχῆς δύναμις. ἐπεὶ οὖν ὁ θεὸς κυρίως ἐστὶν ἓν, μὴ πειρῶ καταλαβεῖν αὐτὸν διὰ τοῦ νοῦ, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑνιαίας δυνάμεως. τὸ γὰρ πρώτως ἓν, μόνῳ τῷ παρ' ἡμῖν ἑνὶ ληπτόν πως ἐστὶ, καὶ οὔτε διανοίᾳ, οὔτε νῷ.

Ψυχῆς

Ne quidem in intellectili ſua potentia igne proprio incluſo.

Oraculi hic ſenſus eſt: ſupremus omnium Deus, qui & pater dictus eſt, non ſolum primis & ſecundis naturis noſtrisque animabus, ſed etiam propriæ ſuæ potentiæ ſeipſum fecit incomprehenſibilem & imperceptibilem. potentia autem patris eſt filius. pater enim, inquit, ſe ſubripuit ab omni natura. Sed iſtud dogma Chriſtianæ fidei congruum non eſt: quæ docet in filio patrem exacte repræſentatum cognoſci poſſe, perinde ac filium in patre: atque adeo patris terminum eſſe filium & diuinum ſermonem naturæ vires ſuperantem.

Eſt intelligibile quoddam, quod mentis flore a te percipiendum eſt.

Cuilibet rei mente cōprehenſibili oppoſitā potentiā anima habet, vt ſenſibilibus ſenſum, cogitabilib. cogitationem, intelligibilibus mentem. Dicit itaq; Chaldæus, quod quāuis deus intelligibilis ſit, mente tamen cōprehendi nō poſſit, ſed ſolo mētis flore. Flos autē mētis, eſt ſingularis & indiuidua animæ potentia. Quia itaq; deus proprie vnū eſt, ne coneris eū mēte percipere, ſed indiuidua potētia qua vnū cognoſcitur. nā primo & per ſe vnū ſolo quod in nobis eſt vno cōprehendere licet, nō cogitatione, neq; mēte.

Animæ expulsores, *illam* respirare facientes, sunt solutu faciles.

Ne quis dicat cupere se quidem animam a corpore dissoluere, sed non posse, ait oraculum, facultates quæ animã e corporea natura foras trudunt, eamq; a vitijs & ærumnis in corpore perpessis quasi respirare faciunt, abruptu faciles esse, id est, illas ipsas facultates liberas, nec ab vlla natura coercitas, ea potestate vigere, vt animam e corporeis vinculis generose admodũ expedire & liberare valeãt.

Oportet te festinare ad lucem & ad patris radios,

Vnde immissa tibi est anima plurima mente vestita.

Quoniam anima non a semine subsistẽtiam habet, nec in corporeis temperamentis consistit, sed e supernis a deo suam essentiam nacta est, ideo ad hunc cõuersa respicere & ad diuinam lucem reuerti debet. plurima namque mẽte vestita in hæc inferiora venit: id est, accincta & instructa fuit a patre & creatore cõmonefactionibus diuinioris sortis atque cõditionis, cũ illinc huc iter suũ affectaret, vt merito ijsdẽ monitis incitata hinc illuc redire studeat.

Omnia ab vno igne producta sunt.

Dogma verũ est & religioni nostræ cõsentaneũ. omnia

Ψυχῆς ἐξωστῆρες ἀνάπνοες, εὔλυτοί εἰσιν.

Ινα μήτις λέγοι, ὅτι βούλομαι μὲν ἀπολύσαι τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος, οὐ δύναμαι δὲ, φησὶ τὸ λόγιον, ὅτι αἱ ἐξωθοῦσαι τὴν ψυχὴν δυνάμεις ἀπὸ τῆς σωματικῆς φύσεως, καὶ οἷς ἀναπνεῖν αὐτὴν ποιοῦσαι ἀπὸ τοῦ ἐν σώματι μόχθου καὶ τῆς κακώσεως, εὔλυτοί εἰσι· τουτέστι, καὶ αὐταὶ ἐλεύθεραί εἰσιν αἱ δυνάμεις, μὴ ὑπό τινος εἰργόμεναι φύσεως, καὶ ἀπολύσαι καὶ τῆς σωματικῆς πέδης τὴν ψυχὴν γενναίως μάλα δεδύνηνται.

Χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος καὶ πρὸς πατρὸς αὐγάς,

Ενθ' ἐπέμφθη σοι ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.

Επειδὴ οὐκ ἀπὸ σπερμάτων ἡ ψυχὴ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβεν, οὐδ' ἐν σωματικαῖς ὑφεστήκει κράσεσιν, καὶ ἄνωθεν ἀπὸ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔσχε, πρὸς ἐκεῖνον καὶ ἐπεστράφθω, καὶ πρὸς τὸ θεῖον φῶς ποιείτω τὴν ἄνοδον. πολὺν γὰρ ἑσσαμένη νοῦν, ἐνταῦθα κατῆλθε· τουτέστιν ἐνεδύσατο παρὰ τοῦ ποιητοῦ καὶ πατρὸς ἀναμνήσεις τῶν θειοτέρων λήξεων, ὅτε τὴν ἐνταῦθα ἐλάμβανε κάθοδον, ἔνθέν τοι διὰ τῶν τοιούτων ἀναμνήσεων πάλιν ἐκεῖσε ἐπάνεισιν.

Εἰσὶ πάντα πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα.

Ημέτερον καὶ ἀληθὲς τὸ δόγμα. πάντα γὰρ τὰ

ὄντα, τά τε νοητὰ, καὶ αἰσθητὰ, ἀπὸ μόνου θεοῦ τὴν ὑπό-
στασιν ἔλαβον, καὶ πρὸς μόνον θεὸν ἐπέστραπται· τὰ μὲν
ὄντα, μόνως οὐσιωδῶς· τὰ δὲ ὄντα καὶ ζῶντα, οὐσιωδῶς
καὶ ζωτικῶς· τὰ δὲ ὄντα καὶ ζῶντα καὶ νοοῦντα, οὐσιωδῶς
καὶ ζωτικῶς καὶ νοερῶς. ἀφ' ἑνὸς οὖν πάντα γεγένηται,
καὶ πρὸς ἓν αὖθις ἡ τούτων ἀναγωγή. ἄπταιστον οὖν τὸ λό-
γιον, καὶ πλῆρες τοῦ ἡμετέρου δόγματος.

Α νοῦς λέγει, τῷ νοεῖν δήπου λέγει.

Οταν, φησὶν, ἀκούσης διηρθρωμένης φωνῆς ἄ-
νωθεν βροντώσης ἐξ οὐρανοῦ, μὴ ὑπολάβῃς ὡς ὁ
τὴν φωνὴν ταύτην ἀφιεὶς ἄγγελος ἢ θεὸς, προ-
φορικῷ λόγῳ συνήρθρωσεν· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν κατὰ
τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀμερίστως μόνον ἐνόησε, σὺ δὲ, ὡς
ἠδύνω, ἤκουσας τοῦ νοήματος συλλαβικῶς καὶ προ-
φορικῶς. ὥσπερ γὰρ ὁ θεὸς τῶν ἡμετέρων φωνῶν
ἀφώνως ἀκούει, οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος τὰς τοῦ θεοῦ ἐν-
νοίας φωνητικῶς δέχεται, ἕκαστος καθὼς ἔχει φύσεως
ἐνεργῶν.

Αεὶ τοίσδε

mnia namque quæcunque ſunt, ſiue mente, ſiue ſenſu perceptibilia, eſſentiam ſuam a ſolo deo acceperunt, & ad ſolum deum conuerſa ſunt: ea quidem quæ tantummodo ſunt, eſſentialiter; quæ vero ſunt & viuunt, eſſentialiter & vitaliter; at quæ ſunt & viuunt & intelligunt, eſſentialiter, vitaliter & intellectualiter. Ab vno igitur eſt omnium rerum productio, & ad vnum iterum illarum reductio. Atque hoc oraculum omni caret reprehenſione, & noſtra doctrina refertum eſt.

Quæ mens loquitur, ea vtique intelligendo loquitur.

Quando, ait, vocem articulatam ſuperne e cœlo detonantem audiueris, ne exiſtimes quod vocem illam edens ſiue angelus ſiue deus tali ſermone protulerit, qualem ore exprimere ſolemus: ſed quod is quidem ſecũdum ſuam ipſius naturam abſque vlla diuiſione mente tantum ea quæ audiuiſti agitauerit, tu vero pro ea qua polles facultate, mentis cogitata, non ſecus ac ſyllabas & verba ore prolata, auditu perceperis. quemadmodum enim deus voces noſtras exaudit abſque vocum articulatione, ita etiam homo diuinæ mentis conceptiones tanquam vocibus expreſſas excipit, quolibet ſcilicet pro ſuæ naturæ ratione & capacitate operante.

Perpetuo in hos terra ſubtus vlulat vſque ad liberos.

De impijs ſermo eſt, quod eorum ſupplicia deus etiam vſque in poſteros extendat. nam pœnas quas ſub terra ſubituri ſunt, indicans oraculum, in eos, *inquit,* ſubtus vlulat, *id eſt aduerſus illos mugit & infremit locus ſubterraneus, & tanquam leonino rugitu obſtrepit. Quapropter etiam Proclus ait cognatarum animarum cōgenerem quoque ſiue conſimilem eſſe compoſitionem; eaſque quæ nōdum naturæ vinculis exſolutæ ſunt, conſimilibus quoque affectibus implicatas diſtineri. oportere itaque & has omne ſupplicium explere, & cum ob naturalem cognationem inquinamentis infectæ atque refertæ fuerint, denuo ab illis repurgari.*

Ne adauxeris fatum.

Fatum appellarunt ſapientiores inter Græcos ipſam naturam, vel potius complementum illuminationum quas entium natura recipit. Et prouidētia quidē eſt immediata dei beneficentia: fatū vero, quod cōnexione & ſerie rerū omniū terrena gubernat. Subijcimur autē prouidētiæ, cū intellectualiter operamur; fato vero, cū etiā corporaliter. Ne igitur (ait) tuū ipſius fatū adaugere velis, idq; ſuperare, ſed cōmitte te ſolius dei volūtati atq; moderationi.

Non

Αεὶ τοιόδε χθὼν καπωρύεται ἐς τέκνα μέχρις.

Περὶ τῶν ἀθέων ὁ λόγος φησὶν, ὅτι μέχρι τῶν ἀπογόνων διατείνει τὴν κόλασιν αὐτοῖς ὁ θεός. τὰς γὰρ ὑποχθονίους κολάσεις ὑποδεικνύμενον ὁ λόγον, αὐτοὺς, φησὶ, καπωρύεται· τουτέστιν, ἐπιμηκᾶται αὐτοῖς ὁ ὑπὸ γῆν τόπος, καὶ οἷς λεοντῶδες ἐπηχεῖ ὤρυγμα. διὸ καὶ Πρόκλος φησὶ, τῶν συγγενικῶν ψυχῶν ὁμοφυὴς ἐστὶν ἡ στάξις· καὶ αἱ μήπω ἀπολυθεῖσαι τῶν τῆς φύσεως δεσμῶν, ἐν τοῖς τῶ ὁμογενῶν κατέχονται πάθεσι. διὰ οὖν καὶ ταύτας τυχεῖν τῆς ὅλης δίκης, καὶ ἀναπληθείσας διὰ τὴν φυσικὴν συγγένειαν τῶ μιασμάτων καθαρθῆναι πάλιν ἐξ αὐτῶν.

Μὴ σὺν αὐξήσῃς τὴν εἱμαρμένην.

Εἱμαρμένην οἱ σοφώτεροι τῶν Ελλήνων, τὴν φύσιν καλονομάζουσι· μᾶλλον δὲ, ὁ πλήρωμα τῶν ἐλλάμψεων, ὧν ἡ τῶ ὄντων φύσις εἰσδέχεται. ἔστι δὲ, προνοία μὴν, ἡ ἄμεσος ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια· εἱμαρμένη δὲ, ἡ διὰ τῆς τοῦ εἱρμοῦ τῶ ὄντων συμπλοκῆς τὰ ἡμέτερα κυβερνᾶσα. καὶ ὑπὸ προνοίαν μὴν κείμεθα, ὅταν νοερῶς ἐνεργῶμεν· ὑπὸ εἱμαρμένην δὲ, ὅταν καὶ σωματικῶς. μὴ οὖν αὐξήσῃς, φησὶ, τὴν εἱμαρμένην σαυτῷ, καὶ ὑπὸ ταύτην ἦνοῦ, καὶ ὑπὸ μόνῳ θεῷ κυβερνήθητι.

Οὐ γὰρ ἀπὸ πατρικῆς ἀρχῆς ἀτελές τι βοᾷ.

Πάντα, φησὶν, ὁ πατὴρ τοσαῦτα τέλεια καὶ αὐτάρκη κατὰ τὴν ἑαυτοῦ βάσιν. ἡ δὲ τῶν ἡμετέρων πολλάκις ἀδέεια καὶ ὕφεσις, παρυφίστησι τὴν ἔνδειαν αὐξῆσαι καὶ ὁ ἀτελές. ἀλλ' ὁ πατὴρ πάλιν ἀναπαλαίσας τὴν ἔνδειαν τοῦς ὁ τέλειον, καὶ ὑπερέφη τοῦς τὴν αὐτάρκειαν. τοιοῦτον ὄντι καὶ ὁ τοῦδε τοῦ ἀποστόλου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου σκεπτωμένου ἐν τοῦ ὁμοιμίοις τῆς ὑπεροχῆς αὐτοῦ· πολὺ δώρημα τέλειον ἄνωθεν ὄντι καταβαῖνον ἐκ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. οὐδὲν γὰρ ἀτελὲς τοῦδε τοῦ τελείου τοῦ φύσει, καὶ μάλιστα ὅταν τύχωμεν ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ ὄντως χορήγουν αὐτίκα ἕτοιμοι εἰσδέξασθαι.

Ἀλλ' ἐὰν εἰσδέχεται κείνης πατρικὸς νοῦς, μέχρις αὖ ἐξέλθῃ.

Οὐ τοῦδε δέχεται ὁ πατρικὸς νοῦς τὰς τῶν θελημάτων τῆς ψυχῆς ὁρμὰς, μέχρις αὖ αὐτὴ ὑπιλάθῃ) μὴ τῆς λήθης ὧν πεπλήρωκε παρὰ τοῦ παναγάθου πατρὸς, ἔλθῃ δὲ εἰς ἀνάμνησιν ὧν ἔχει ὄντως ἱερῶν σιωπημάτων, καὶ φωνεῖ ἀφήσει ὀνόμασι, μνήμῃ ἑαυτὸ σιθεμένη τοῦ τοῦ θυσιάσαντος αὐλεῖ πατρὸς συμβόλων. σιωπᾷ γὰρ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῶν ἱερῶν λόγων καὶ τῶν θείων συμβόλων· ὧν οἱ μὲν εἰσὶν, ἀπὸ τῶν ἱερῶν εἰδῶν· οἱ δὲ, ἀπὸ τῶν θείων ἑνάδων. καὶ ἐσμὲν

εἰκόνες

Non enim a paterno principio imperfectum quid procedit.

Omnia (ait) perfecta & numeris omnibus pro cuiusque ordine & dignitate absoluta producit pater: sed genitorum imbecillitas & remißio rebus interdum suggerit defectum & imperfectionem. Verum pater denuo reuocat defectū ad perfectionem, & ad sui sufficientiam conuertit. Eiusmodi est quod apostolus Iacobus Domini frater in epistolæ suæ initio alta voce pronunciauit: Omne donum perfectum superne descendit a patre luminum. nihil enim imperfectū a perfecto prodit, præsertim cū ad id quod ab ipso primo affunditur, confestim recipiendum fuerimus prompti atq; parati.

Sed non admittit illam paterna mens, quousque exiuerit.

Mens paterna nō admittit impetus voluntatū animæ, priusquam excluserit obliuionem diuitiarū a patre munificentißimo acceptarum, & in memoriam reuocarit sacras quas ab ipso habuit tesseras, vocemq; candoris indicem cum firma symbolorum patris genitoris sui memoria coniunctam emiserit. est enim anima ex sacris verbis & diuinis symbolis composita: quorum illa quidē profluxerunt a sacris formis, hæc autem a diuinis vnitatibus. Et sumus

ſane imagines ſacrarum eſſentiarum, ſimulacra vero incognitorum ſymbolorum. Eſt autem & hoc ſcitu dignum, quamlibet animam a qualibet anima ſpecie differre: totque eſſe animarum ſpecies, quot ſunt animæ.

Quando conſpexeris genium terreſtrem accedere,

Sacrifica lapidē mnizurim inclamando.

Dæmones circa terram volutantes natura ſunt mendaces, vtpote procul a diuina cognitione remoti, & materia tenebricoſa impleti. Quod ſi ex his verum aliquem ſermonem audire cupias, aram appara, & ſacrifica lapidem mnizurim. habet enim hic lapis vim aduocādi maiorem dæmonem, qui occulta ratione materiali genio applicatus rerum inquiſitarum veritatem inſuſurrat, quam ille porro homini interroganti profert. Indicat autem nomen ipſum quo in prouocatione vtendum eſt vna cum lapidis ſacrificatione. Atque Chaldæi ſtatuunt dæmonas quoſdam bonos, quoſdam malos eſſe: noſtra autem pietatis doctrina omnes malos pronunciat, vt qui præmeditata defectione bonitatem cum vitio & malignitate commutarunt.

Diſce intelligibile extra mentem eſſe.

Licet enim omnia mēte comprehenſa ſint, deus tamen

εἰκόνες μὴν τῶν ἱερῶν θύσιῶν, ἀγάλματα δὲ τῶν ἀγνώστων σώματῶν. δῆλον δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὡς πᾶσα ψυχὴ πάσης ψυχῆς κατ' εἶδος διέστηκε, καὶ ὡς ὅσαι ψυχαί, ζῷῶν καὶ εἴδη τῶν ψυχῶν ἐστίν.

Ἡνίκα δ' ἐρεθέμενον δαίμονα θεόστολον ἀθρήσῃς,
Θύε λίθον μυίζειν ἐπαυδῶν.

Ψιλῶς μὴν τὶ φύσιν οἱ θεόστολοι δαίμονες, ἅτε πόρρω τῆς θείας γνώσεως ὄντες, καὶ τῆς ἀφεστοῖς ὕλης ἀναπεπλησμένοι. Εἰ δὲ βούλῃ παρ' αὐτῶν δηλῆσαι τινα δέξασθαι λόγον, θαυμασιούργε θυτήριον, καὶ θύε λίθον μυίζειν. ὁ δὲ λίθος ὅτι δυνάμιν ἔχει θεοκλητικὴν ἑτέρου μείζονος δαίμονος, ὃς δὴ ἀφανῶς τῷ ὑλικῷ δαίμονι θεοῖν, θεοφωνήσει τὴν τῶν ἐρωτωμένων δηλῆσαι, ἵν' ἐκεῖνος ἀποκρινῆται τῷ ἐρωτῶντι. λέγει δὴ καὶ ὄνομα θεοκλητικὸν μετὰ τῆς τοῦ λίθου θυσίας. ὁ μὴν Χαλδαῖος, τινὰς μὴν τῶν δαιμόνων ἀγαθοὺς, τινὰς δὲ κακοὺς πλέκει· ὁ δὴ ἡμέτερος εὐσεβὴς λόγος πάντας κακοὺς ὁρίζεται, ἐκ θεοαιρετικῶν ἀποπτωμάτων τὴν κακίαν ἀπαλλαξαμένους τῆς ἀγαθότητος.

Μάθε τὸ νοητὸν, ἐπεὶ ἔξω νόου ὑπάρχει.

Εἰ γὰρ καὶ πάντα τῷ νῷ θεωρεῖλήπται, ἀλλ' ὁ θεὸς

τὸ πρῶτον νοητὸν, ἔξω τοῦ νοῦ ὑπάρχει. τὸ δ' ἔξω, μὴ διαστηματικῶς νοήσῃς, μηδὲ καθ' ἑτερότητα νοερὰν, ἀλλὰ κατὰ μόνην τὴν νοητὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν ἰδιότητα τῆς ὑπάρξεως, νοῦ παντὸς ἐπέκεινα οὖσαν, δι' οὗ τὸ ὑπερούσιον δείκνυται. ἡ γὰρ οὐσία ἐκείνη, ὁ νοῦς ἐστιν ὁ πρώτως νοητὸς, οὗ ἐστιν ἔξω τὸ αὐτονόητον· πλὴν ὁ θεὸς καὶ τοῦ νοητοῦ καὶ τοῦ αὐτονοήτου ἐπέκεινα. καὶ μήδ' ὅτι νοητὸν ἐκεῖνο τὸ θεῖον φωνῶν, μήδ' ὅτι αὐτονόητον. κρεῖττον γὰρ παντὸς καὶ ῥήματος καὶ νοήματος, ὡς πάντη ἀνεννόητον καὶ ἀνεκφραστὸν, καὶ σιγῇ μᾶλλον τιμώμενον, ἢ θαυμασίαις φωναῖς σεμνυνόμενον. ἔστι γὰρ καὶ τοῦ σεμνύνεσθαι ὑψηλότερον, καὶ τοῦ ἐκφωνεῖσθαι, καὶ τοῦ ἐννοεῖσθαι.

Αἱ ἰΰγγες νοούμεναι, πατρόθεν νοέουσι· καὶ αὗται
Βουλῶν ἀφθέγκτων κινούμεναι ὥστε νοῆσαι.

Αἱ ἰΰγγες δυνάμεις εἰσὶ τινὲς μετὰ τὸν πατρικὸν βυθὸν ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμεναι· ἃς νοεῖται κατὰ τὸν πατρικὸν νοῦν τὸν τὴν αἰτίαν αὐτῶν ἐννοειδῶς ἐν ἑαυτῷ προστησάμενον. αἱ δὲ βουλαὶ τοῦ πατρὸς διὰ τὴν νοητὴν ὑπερβολὴν ἄφθεγκτοι. τὰ δὲ τοῦ ἐξῃρημένων

συνθήματα

tamen primum intelligibile extra mentem existit. at illud extra non metiaris interuallorum distãtia, neque accipias secundum intellectualem diuersitatem, sed secundum solum intelligibilem excessum, & subsistentiæ proprietatem, excessum inquam longe vltra omnem mentem, quo superessentiale demonstratur. illa enim essentia est mens primo intelligibilis, extra quam gradu superius est ipsum per se intelligibile. deum excipe, qui & intelligibile & ipsum per se intelligibile longe transcẽdit. diuinam enim illam naturam dicimus neque intelligibilem, neq; per se intelligibilẽ. superat enim omne verbũ & intellectũ, ita vt nec mẽte percipi, nec verbis explicari poßit, & silentio magis honorari, quã venerandis vocibus prædicari debeat. excellẽtior enim est omni prædicatione, elocutione & intellectus cõprehẽsione.

Iunges intellectæ, a patre intelligũt: & hæ
Consiliorum nihil sonantium mouentur vt intelligant.

Iunges sunt potentiæ quædã proximæ post fundum paternũ e tribus trinitatibus compositæ: quas intelligere ait per paternam mentem, quæ causam illarũ in vnitatis forma sibiipsi repræsentatam exhibet. consilia autem patris ob intelligibilem excellentiam nullũ sonum edunt. Atqui abstractarum

rerum notæ & signa intellectu prædita etiamsi a secundis siue inferioribus intelliguntur, ea tamen tanquam nihil sonantia & ab omni intelligibili excursu separata intelliguntur. vt enim animarum intelligentiæ licet ordines intellectu præditos intelligunt, eos tamen vt immobiles intelligunt: sic etiam intellectualiũ operationes symbola intellectus capacia intelligentes, ea absque soni emissione intelligunt, in substantijs incognitis subsistentia.

SVMMARIA ET BREVIS DOGMATVM CHALDAICORUM expositio eodem auctore.

Chaldæi statuũt septẽ mundos corporeos, igneũ vnum eumque primum, post hunc tres ætherios, deinde tres materiales: e quibus vltimus, terrestris dicitur & lucis osor, qui locus est subter lunam, in se se etiam materiam complectens, quem fundum nominant. Vnicum arbitrantur esse rerũ omnium principium, idque profitentur vnum esse & bonum. Deinde colunt paternum quoddam fundum ex tribus trinitatibus compositum. quælibet autẽ trinitas habet patrem, potentiam, & mentem. Postea sequitur

σϋνθήματα νοερὰ κἂν νοῆται ὑπὸ τῶν δευτέρων, ὡς ἄφθεγκτα νοεῖται, καὶ ὡς ἐξῃρημένα τῶν νοητῶν προόδων. ὡς γὰρ αἱ τῶν ψυχῶν νοήσεις κἂν νοῶσι τὰς νοερὰς τάξεις, ὡς ἀμεταβάτους νοοῦσιν, οὕτω καὶ αἱ τῶν νοερῶν ἐνέργειαι τὰ νοερὰ σϋνθήματα νοοῦσαι, ὡς ἄφθεγκτα νοοῦσιν ἐν ὑπάρξεσιν ὑφεστηκότα ἀγνώστοις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΚΘΕΣΙΣ

κεφαλαιώδης καὶ σϋντομος τῶν παρὰ Χαλδαίοις δογμάτων.

Επτὰ φασὶ σωματικοὺς κόσμους, ἐμπύριον ἕνα καὶ πρῶτον, καὶ τρεῖς μετ' αὐτὸν αἰθερίους, ἔπειτα τρεῖς ὑλαίους· ὧν ὁ ἔσχατος, χθόνιος εἴρηται καὶ μισοφαὴς, ὅς ἐστιν ὁ ὑπὸ σελήνην τόπος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ καὶ τὴν ὕλην ὃν καλοῦσι βυθόν. μίαν ἀρχὴν τῶν πάντων δοξάζουσι, καὶ ἓν αὐτὴν καὶ ἀγαθὸν ἀπογυμνοῦσιν. εἶτα πατρικόν τινα βυθὸν σέβονται, ἐκ τριῶν τριάδων συγκείμενον. ἑκάστη δὲ τριὰς ἔχει πατέρα, δύναμιν, καὶ νοῦν. εἶτα ἐστὶν

ἡ νοητὴ ἴϋγξ. μετὰ δὲ ταύτην, οἱ σϋνοχεῖς, ὁ ἐμπύριος, ὁ αἰθέριος, καὶ ὁ ὑλαῖος. μετὰ δὲ τοὺς συνοχεῖς, οἱ τελετάρχαι. μετὰ δὲ τούτους, οἱ πηγαῖοι πατέρες, οἱ καλούμενοι καὶ κοσμαγωγοί· ὧν ὁ πρῶτος ὁ ἅπαξ ἐπέκεινα λεγόμενος· μεθ' ὃν ἡ ἑκάτη, εἶτα ὁ δὶς ἐπέκεινα· μεθ' ὃν τρεῖς ἀμείλικτοι· καὶ τελευταῖος ὁ ὑπεζωκός. σέβονται δὲ καὶ πηγαῖαν τριάδα πίστεως καὶ ἀληθείας καὶ ἔρωτος. φασὶ δὲ καὶ ἀρχικὸν ἥλιον, ἀπὸ τῆς ὑλικῆς πηγῆς καὶ ἀρχαγγελικὸν, καὶ πηγὴν αἰσθήσεως, καὶ πηγαῖαν κρίσιν, καὶ κεραύνιον πηγὴν, καὶ πηγὴν διοπτρῶν· καὶ χαρακτήρων πηγὴν ἐπιβατεύουσαν τοῖς ἀγνώστοις σϋνθήμασι· καὶ πηγαίας ἀκρότητας· Απόλλωνος, Οσίριδος, Ερμοῦ. ὑλικὰς δὲ πηγὰς φασὶν, κέντρων καὶ στοιχείων, καὶ ὀνείρων ζώνην. καὶ πηγαῖαν ψυχήν. μετὰ δὲ τὰς πηγὰς λέγουσιν εἶναι ἀρχάς. αἱ γὰρ πηγαὶ ἀρχικώτεραι τῶν ἀρχῶν. τῶν δὲ ζωογόνων ἀρχῶν, ἡ μὲν ἀκρότης, ἑκάτη καλεῖται· ἡ δὲ μεσότης, ψυχὴ ἀρχική. ἡ δὲ περάτωσις, ἀρετὴ ἀρχική. εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς, καὶ ἄζωνοι ἑκάται, ὡς ἡ τριεκδότις ἡ Χαλδαϊκὴ, καὶ ἡ κωμὰς, καὶ ἡ ἐκκλυστική. ἀζωνικοὶ δὲ παρ' αὐτοῖς θεοὶ, ὁ Σάραπις, καὶ ὁ Διόνυσος·

καὶ ἡ τοῦ

sequitur iunx mente comprehensibilis. Huic proximi sunt mundorum rectores, igneus, ætherius & materialis. Post rectores, ceremoniarum principes. His succedunt perennium fontium patres, qui & mundi ductores nominantur, quorum primus semel supra dictus est: post quem Hecate, deinde is quem bis supra nominauimus: ab hoc sunt tres implacabiles, & omnium vltimus succinctor. Venerantur etiam fontanam trinitatem fidei, veritatis, & amoris. Ponunt item solem imperatorem, & a fonte materiali archangelicum, sensionis fontem, fontanum iudicium, fulmineum fontem, speculorum fontem, characterum fontem incognitis signis & symbolis incumbentem, & summitates fontanas, Apollinis, Osiridis, Mercurij. Materiales vero fontes dicunt esse centrorum, elementorum, & somniorum zonam. Item animam fontanam. Fontibus subiungunt principia: quod principijs superiores & excellentiores sint fontes. Principiorum autem animalia procreantiũ summitas vocatur Hecate; medietas, anima inchoatiua; extremitas, virtus inchoatiua. Sunt apud illos quoq; Hecatæ ἄζωνοι, quæ zonas non habent, vt Chaldaica τειεκδότις, κωμαὶς, & ἐκκλυστική. Dij autẽ ἄζωνοι illis dicuntur Sarapis & Dionysus siue Bacchus: Osi-

ridis item σειρὰ (q. d. geniorum ſeries catenæ more connexa) *& Apollinis. appellantur* ἄζωνοι *dij q expedite poteſtate ſua in zonis vtũtur, & ſupra deos cõſpicuos collocati ſunt.* Ζωνᾶροι *contra qui zonas habẽt, libere circa cœli zonas voluũtur & gubernãdi munus obeũt. habẽt.n. Chaldæi deorũ genus Zonæũ, quod ſenſibilis mundi partes inhabitat, & regiones circa materialẽ locũ ſorte diſtributas cĩgit. Poſt zonas eſt circulus nõ errãs ſeu fixus ſeptẽ orbes complectens, in quibus ſtellæ ſunt. Porro alius illis eſt mundus ſolaris, ætherio fundo ſubſeruiens: alius Zonæus, vnus e ſeptem. Animarũ humanarũ duplicem ponunt cauſam e fonte perenni promanantẽ, paternam nempe mentem, & animam fontanam. Prodit autẽ, vt illi volũt, particularis anima a fontana, iuxta patris voluntatem: & habet eſſentiam per ſe generatam & animatam. aliunde enim non mouetur. nam ſi, vt in oraculo fertur, ignis diuini pars eſt & ignis lucidus, atque paternæ mentis conceptus, profecto forma eſt materiæ expers & per ſe ſubſiſtẽs. illa enim omnia cum diuina natura communicant, cuius particula eſt anima. Aiunt omnia in qualibet anima eſſe, ſed & cũilibet inexplicabilem & incognitam fandorum & infandorum ſignorum ſymbolorumve proprietatem. Volũt*

animam

καὶ ἡ τοῦ Ὀσείριδος σειρὰ, καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος. ἄζωνοι δὲ καλοῦνται, οἱ ἀλύτως ἀνεξοισάζοντες ταῖς ζώναις καὶ ἀφορισθυμθύοι τῶν ἐμφανῶν θεῶν. ζωναῖοι δὲ, οἱ τὰς ἐν ὑρανῷ ζώνας ἀπολύτως περιελίττοντες, καὶ τὰ τῆδε διοικοῦντες. θεὸν γὰρ νοῦς ἐστι παρ' αὐτοῖς ζωναῖον, ὃ κατεμφμάμθνον τὰς ὑ αἰθητοῦ κόσμου μορείδας, καὶ ζωσάμθνον τὰς περὶ τὸν ὑλαῖον τόπον ἀφαικληρώσεις. μῦ δὲ τὰς ζώνας ἐστὶν, ὁ ἀπλανὴς κύκλος, περιέχων τὰς ἑπτὰ σφαίρας, ἐν αἷς τὰ ἄστρα. Καὶ δὴ νοῦς μὲν παρ' αὐτοῖς ὁ ἡλιακὸς κόσμος τοῦ αἰθερίου βάθη δουλεύων· δὴ νοῦς δὲ ὁ ζωναῖος, εἷς ὢν τῶν ἑπτά. τῶν δὲ αἰθεροπτίνων ψυχῶν αἴτια διπτὰ πηγαῖα τίθενται· τόν τε πατρικὸν νοῦν, καὶ τὴν πηγαίαν ψυχήν. καὶ προσέρχεται μὲν αὐτοῖς ἡ μερικὴ ψυχὴ ἀπὸ τῆς πηγαίας κῦ βούλησιν τοῦ πατρός· ἔχει δὲ καὶ αὐτόγονον ὑσίαν καὶ αὐτοζωον. οὐ γὰρ ἐστιν ὡς ἑτεροκίνητος. εἰ γὰρ κῦ ὁ λόγιον μοῖρα τοῦ πυρός ἐστι τοῦ θείου καὶ πῦρ φαῦνον καὶ νόημα πατρικὸν, εἶδος ἐστὶν ἄυλον καὶ ἀυθυπόστατον. τοιοῦτον γὰρ πρῶ ὁ θεὸν, ὃ μέρος ἡ ψυχή. καὶ πρῶτα φασὶν εἶ ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ· καθ' ἑκάστω ὁ ἰδιότητα ἄγνωστον ῥητοῦ κῦ ἀῤῥήτου σιωθήματος. καὶ κατα-

βιβάζουσι δὲ τὴν ψυχὴν πολλάκις ἐν τῷ κόσμῳ δι' αἰ-
τίας πολλάς· ἢ διὰ πτερορύησιν, ἢ διὰ βούλησιν πα-
τρικήν. δοξάζουσι δὲ τὸν κόσμον ἀΐδιον· καὶ τὰς τῶν ἄ-
στρων περιόδους. τὸν δὲ ᾅδην πολλαχῶς καταμερίζου-
σι. καὶ νῦν μὲν αὐτὸν θεὸν ὀνομάζουσιν ἀρχηγὸν τῆς πε-
ριγείου λήξεως· νῦν δὲ τὸν ὑπὸ σελήνην τόπον φασί·
νῦν δὲ τὴν μεσαιτάτην τοῦ αἰθερίου κόσμου καὶ τοῦ ὑλαίου·
νῦν δὲ τὴν ἀλόγον ψυχὴν, καὶ τιθέασιν ἐν αὐτῇ τὴν λο-
γικὴν οὐκ οὐσιωδῶς, ἀλλὰ σχετικῶς, ὅταν συμπαθῶς
ἔχῃ πρὸς αὐτὴν, καὶ προβάλῃ τὸν μερικὸν λόγον.
ἰδέας δὲ νομίζουσι, νῦν μὲν τὰς τοῦ πατρὸς ἐννοίας· νῦν
δὲ τοὺς καθόλου λόγους, καὶ φυσικοὺς καὶ ψυχικοὺς καὶ
νοητούς· νῦν δὲ τὰς ἐξηρημένας τῶν ὄντων ὑπάρξεις. τοὺς
δὲ περὶ μαγείων λόγους σϋνιστῶσιν ἀπό τε τῶν ἀκρο-
τάτων δυνάμεων, ἀπό τε τῶν περιγείων ὑλῶν. συμ-
παθῆ δὲ τὰ ἄνω τοῖς κάτω φασὶ καὶ μάλιστα τὰ ὑπὸ
σελήνην. ἀποκαθιστῶσι δὲ τὰς ψυχὰς μετὰ τὸν λε-
γόμενον θάνατον κατὰ τὰ μέτρα τῶν οἰκείων καθάρ-
σεων, ἐν ὅλοις τοῖς τοῦ κόσμου μέρεσι. τινὰς δὲ καὶ
ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβάζουσι· καὶ μέσας αὐτὰς διο-
ρίζονται τῶν τε ἀμερίστων καὶ μεριστῶν φύσεων. τού-

animam in mundum demitti ob multas causas, aut propter pennarũ defluuium, aut propter paternam voluntatem. Arbitrantur mundum æternum esse, vt & stellarum conuersiones. Plutonem siue infernum in varias partes diuidunt, eumque modo deum appellant, ordinis illius qui circa terram sortem suam obtinuit, ducem; modo regionem sublunarem; modo medias inter ætherium & materialem mũdum partes obeuntem; modo animam rationis expertem: in eaque rationalem animam constituunt, non essentialiter, sed proportione quadam, quando conuenienter ad illam affecta est, particulari ratione proiecta. Ideas definiunt modo esse patris intelligentias; modo vniuersales rationes, naturales scilicet, animales, & intellectiles: modo substantias a rebus ipsis abstractas. Astruunt omnem magicæ sciẽtiæ rationem perfici a summis potentijs & terrenis materijs: familiaritatem item & conueniẽtiam superiora cum inferioribus habere, præsertim quæ sub luna sunt. Collocant animas post mortem, iuxta modulum & mensuram lustrationum singulis familiarium & conuenientium, in omnibus mundi partibus: quasdam etiam vltra mũdum euehunt: easque discrimine facto in naturas diuiduas & indiuiduas separant. Atque Plato

quidem & Aristoteles plures ex enumeratis opiniones receperunt; Plotinus vero, Iamblichus, Porphyrius, Proclus, eorumque discipuli omnes in vniuersum approbarunt, & non secus ac diuinas voces absque vllo discrimine & examine admiserunt.

FINIS.

των δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω καὶ Αριστοτέλης καὶ Πλάτων ἐδέξαντο· οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον καὶ Ιαμβλιχὸν, Πορφύριόν τε καὶ Πρόκλον, πᾶσι κατηκολούθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο.

ΤΕΛΟΣ.